

Author: Alciato

Title: 7. Non Tibi Sed Religioni

URL: <https://www.emblems.arts.gla.ac.uk/alciato/emblem.php?id=A21a007>

Isidis effigiem tardus gestabat asellus,
Pando verenda dorso habens mysteria.
Obvius ergo Deam quisquis reverenter adorat,
Piasque genibus concipit flexis preces.
Ast asinus tantum praestari credit honorem
Sibi, et intumescit, admodum superbiens:
Donec eum flagris compescens, dixit agaso:
Non es Deus tu, aselle, sed Deum vehis.

tardus asellus
gestabat effigiem Isidis,
habens verenda mysteria
pando dorso.
ergo
quisquis obvius
reverenter adorat Deam,
et concipit pias preces
genibus flexis.
ast asinus
credit
praestari sibi
tantum honorem,
et intumescit,
admodum superbiens,

donec,
compescens eum flagris,
agaso dixit,
"aselle
tu
non es Deus,
sed vehis Deum."

meter: dactylic/iambic

Isidis · effigi·em tar·dus ges·tabat a·sellus,
Pando · veren·da dors~ · habens · myste·ria.
Obvius · ergo De·am quis·quis reve·renter · adorat,
Pias·que geni·bus con·cipit · flexis · preces.
Ast asi·nus tan·tum prae·stari · credit ho·norem
Sib~ et in·tumes·cit, ad·modum · super·biens:
Donec e·um fla·gris com·pescens, · dixit a·gaso:
Non es · Deus · t~ asel·le, sed · Deum · vehis.